

grauiter Pralatos minus dignis locum meliorem in nominatione tribuunt.

pro doctrina, grauiter peccant, si in assignatione eos praeferant, qui minus digni sunt, ob humanum aliquem respectum carnis & sanguinis. Videantur dicta Titulo 2. Cap. 4. & Titulo 3. num. 76. & seqq. Et quae de Regibus loquentes diximus Titulo 1. num. 69. & seqq. Ratio est: quia cum ipsi, qui Regio nomine praesentant, communiter eum eligant, qui meliorem locum in assignatione Praelati tenet, talisque sit ipsius Praelati voluntas: vnde si nominare vnum solum posset, illum, quem primo proponit loco, nominaret: ex eo fit fidelitatem debitam in re magni momenti violari, & damna consequenter velle, quae ex minus digni administratione sequuntur, quae sunt sane non leuia, & ita leuis culpa nequit. Nisi forte excessus non sit magnus; tunc enim aliquid est humanis obligationibus concedendum, vt neque in eo veniale peccatum inueniatur. Pro quo videri potest P. Thomas Sancius Lib. 2. Consiliorum, Cap. 1. Dub. 2. n. 17. vbi alios adducit.

Affertio 2. sine peccato stare posse non proponi digniorem.

34 Dico secundò. Sine peccato stare potest vt Praelati minus dignum proponant, omisso digniore. Id probò ex doctrina Domini Soti Lib. 3. de Iustitia, quæst. 6. art. 2. argum. 1. post Conclus. 9. & aliorum, quos sequitur P. Sancius loco dudum adducto, num. 23. §. Tertio, hmitanda. Dicunt illi posse digniorem omitti, quando breui expectatur locupletior Praebenda eidem conferenda. Iuxta quam philosophandum in nostro casu: cum enim Praelati Religiosi multas habeant Doctrinas, quae passim vacant, & in illis plures occurrere possint, quae digniorem Pastorem requirant; prudenter facient, si pro illis eos, qui tales fuerint, reseruarint. Quod enim Doctores citati dicunt de locupletiori Praebenda, ita intelligendum est, vt non debeat maior commoditas eligendi tantum attendi, sed quando cum illa bonum est Ecclesiae connexum: neque enim Beneficia pro locupletandis Ministris, sed pro bono Ecclesiae praesertim instituta sunt. Beneficio ergo pro quo maior esse potest industrii Ministri necessitas, conuenienter, qui nunc omittitur, reseruatur. Pro quo est etiam sententia aliorum, quos sequitur idem Pater num. 24. dicentium digniorem posse postponi respectu pinguioris Beneficii, quia in minus pingui vtilior esse potest, ob speciales circumstantias: iuxta singularem in hac materia praer oculis habendam, bonum scilicet Ecclesiae bono priuatorum esse praefendum. Cum ergo Praelati in praedicto modo proponendi cum possint habere respectum, non debent ob praetermissos digniores condemnari.

Et alia obseruatione dignissima.

35 Dico tertio. Dummodo Praelati Religiosi eos proponant, de quibus plenam habent satisfactionem, quantum humana fragilitas nosce finit, quae nec abesse patitur imperfectiones cum virtutis substantia consistentes, raro continget in praetermissione digniorum graue peccatum inueniri. Id probò. Nam Cardin. Caietani sententia est in Summa. v. Electio. & v. Beneficium. §. vltim. & sententia 12. quæst. 4. quem multi docti Recentiores sequuntur, dicentes obligationem esse eligendi digniorem, si consideretur Beneficium formaliter, quatenus scilicet est prouentus honoris, & bonorum temporalium, quia sic ad regulas distributionis communium bonorum spectat. Si tamen attendatur ad principale, quod reperitur in

Affertio 3. quid circa praesentiam, ad vitandos scrupulos.

Beneficijs, scilicet officij pascendi, & ministrandi diuina, satis est si conferatur digno, quia sic non est distributio honoris, sed oneris, pro quo & alias rationes adducit Salon 2. 2. q. 63. art. 4. Contr. 3. Fol. 1004. & seq. Licet autem citati illam reprobent cum Couarruua Reg. Peccatum, 2. p. §. 7. n. 4. vers. Igitur; quia re ipsa duo illa inseparabilia sunt: in casu tamen nostro videntur posse separari: quia doctrina non sunt instituta pro honore & prouentu rerum temporalium in Religiosis, in quibus oneris potius quam honoris distributio est. Quod si aliqui eas ex deprauato illo affectu appetant, id certe per accidens est. Addunt illi, vtro ex illis modo considerentur Beneficia, danda esse dignioribus, saltem ex virtute fidelitatis, qua tenentur dispensare fideliter praeficiendo Ecclesiae Ministrum digniorem suis muneribus obeundis. Verum hoc non obstat, & ex eo potius argui potest pro nostra positione: nam fidelitas omnino seruatur à Praelatis Religiosis, dum loco saecularis Clerici aliam seruaturi, Religiosus plenae satisfactionis offertur, licet dignior non sit: nam generaliter loquendo plus est fidendum tali, quam Sacerdoti saeculari non ligato votis, nec proficenti perfectione, aut in schola virtutis educato; qui non solum Episcopo, sed etiam Praelato suo administrationis est rationem exactam redditurus. Vnde praesumptionem pro Religiosis extare bene ostendunt Auctores, quos adducit Dom. Solorzanus Cap. 16. numer. 57. facta cum saecularibus Sacerdotibus comparatione. Licet negandum non sit multos ex iis probate virtutis existere, & qui in Parochiali cura non sint Religiosorum dignissimis posthabendi.

Caietani ad probationem sententia. Vbi Beneficij consideratio duplex apprehendenda.

Beneficijs, scilicet officij pascendi, & ministrandi diuina, satis est si conferatur digno, quia sic non est distributio honoris, sed oneris, pro quo & alias rationes adducit Salon 2. 2. q. 63. art. 4. Contr. 3. Fol. 1004. & seq. Licet autem citati illam reprobent cum Couarruua Reg. Peccatum, 2. p. §. 7. n. 4. vers. Igitur; quia re ipsa duo illa inseparabilia sunt: in casu tamen nostro videntur posse separari: quia doctrina non sunt instituta pro honore & prouentu rerum temporalium in Religiosis, in quibus oneris potius quam honoris distributio est. Quod si aliqui eas ex deprauato illo affectu appetant, id certe per accidens est. Addunt illi, vtro ex illis modo considerentur Beneficia, danda esse dignioribus, saltem ex virtute fidelitatis, qua tenentur dispensare fideliter praeficiendo Ecclesiae Ministrum digniorem suis muneribus obeundis. Verum hoc non obstat, & ex eo potius argui potest pro nostra positione: nam fidelitas omnino seruatur à Praelatis Religiosis, dum loco saecularis Clerici aliam seruaturi, Religiosus plenae satisfactionis offertur, licet dignior non sit: nam generaliter loquendo plus est fidendum tali, quam Sacerdoti saeculari non ligato votis, nec proficenti perfectione, aut in schola virtutis educato; qui non solum Episcopo, sed etiam Praelato suo administrationis est rationem exactam redditurus. Vnde praesumptionem pro Religiosis extare bene ostendunt Auctores, quos adducit Dom. Solorzanus Cap. 16. numer. 57. facta cum saecularibus Sacerdotibus comparatione. Licet negandum non sit multos ex iis probate virtutis existere, & qui in Parochiali cura non sint Religiosorum dignissimis posthabendi.

36 Dico quarto. Praelati Religiosi grauiter peccant, si doctrinas in titulum Patribus grauioribus conferri faciant, dum eos ad illas nominant, Indicum Idioma non callentibus, alium illis associantes in eo peritum, vt Parochiales per eum functiones obeantur. Sic Dom. Solorzanus Cap. 17. num. 26. & seqq. & in Politica Pag. 651. vbi & Motum proprium sapius adductum, & Textus alios expendit, ex quibus constat peritiam linguæ in Parocho necessariam esse, vt per se ipsum administret: pro quo & faciunt adducta Titulo praeced. numer. 3. & Titulo 13. num. 4. & speciale Rescriptum Philippi III. in propriis terminis casum decidentis. Estque id adeo perspicuum, vt mirum sit apud viros doctos & pios tale quid accidere potuisse. Et videtur sane peccatum tale commune trium: Praelati inquam proponentis, Patroni praesentantis, & Episcopi approbantis ac Canonice instituentis. Cum enim debeat examen praecedere, & reuera non praecedat quale necessarium est, sic enim de linguæ defectu constaret; dum ita omnes ad huiusmodi absurdum concurrunt, in eadem sunt pariter damnatione. Nisi forte Religiosus socius examen subeat, & praesentetur, atque approbetur, eique Canonica institutio fiat: cum tamen in foro Religionis aliter se res habeat, eò quod Religiosi existiment se ad illa omnia non teneri, eisque propterea subiici, quia si secus facerent, turbæ inde excitarentur, & stipendium Parochialis curæ minime solueretur. Quod quidem dissonantiam habet insignem, & fraudem Religiosæ sinceritate prorsus indignam: vnde nec credibile est tale quid alicubi practi-

Peccatum commune trium.

Fraus quæ in eo esse potest, prorsus damnabilis.

Affertio 4. contra abusus nominationis Ignaros Idiomaticis, & socium peritum assignantiu.

Peccatum commune trium.

Fraus quæ in eo esse potest, prorsus damnabilis.

Regia Schola circa quid vergetur.

practicatum: neque oculari illud posset: delectum autem remedium fuisse oportuno per superiorem prouidentiam extirpatum. De hoc certe Schedules Regia non loquitur, quia talis in Regionum Consiliariorum mentem venire non potuit absurditas, cuius postrema verba oportebit expungi, dum ibi sic dicitur: Que dando cont esto iugero todo loque como tales Curas licieron, à los escrupulos, nullidades, è inconuenientes, que se dexan considerar. Licet enim circa praefata possit quicquam opinione probabili se tueri, sine periculo nullitatis, iuxta dicta num. 25, in casu tamen isto omnino deficit probabilitas, & grauiter debita fidelitas violatur, vnde non possunt non acres scrupuli suboriri. Ad ea, quae initio Capitis allata sunt, quid sit dicendum, constat ex dictis circa Assertionem praecedentem.

CAPVT VI.

An Religiosi Praelatorum possint praeecepto compelli ad Parochialem curam Indorum.

Diuersa sententia & 1. affirmans, & illius fundamentu.

37 Non vna est circa hoc Auctorum mens. Affirmant Ludouicus Lopez 1. p. Instru. Torij, Cap. 56. Col. 3. Emmanuel Rodericus Tomo 2. Summa, Cap. 9. num. 6. Pro quo & P. Palaus citat P. Suarium Tomo 3. de Religione, Lib. 10. Cap. 10. in fine; qui tamen id absolute non tenet, sed tantum ait ex speciali titulo, quem exposuerat, illud quandoque fieri. Et hoc titulo interdum coguntur Religiosi per praeepta suorum Praelatorum ad suscipiendum munus Parochorum apud Indos, quia iam illud ministerium ex dispensatione Pontificum talibus Religiosis appropriatum est. Verba illius sunt. Pro explicatione autem tituli sic praemiserat, probans Religiosum posse compelli ad acceptandum Beneficium Regulari: Quia illa Beneficia, & eorum ministeria pertinet proprie ad munera talis Religionis, & ideo cadunt sub materia obedientiae Praelatorum eius. Argumento Cap. Quorundam de Electione in Sexto, ibi: extra administrationes proprii Ordinis. Et Cap. Cum singula, de Praebendis, in Sexto. Sic ille. Qui de illis videtur Beneficijs locutus, quae Monasterijs adnexa sunt. Et quidem Cap. Quorundam neque vnum, neque aliud probat, quia illud Proprii Ordinis, ad Praelaturas est proprii Ordinis referendum, ad quas quis sine speciali Praelati licentia potest Praebere consensum: neque decisio illa potest casui praesenti accommodari, vbi de licentia ad Praelaturas extra Religionem admittendas agit, & negatur id fieri posse, etiam cum Praelati licentia, quando in discordia facta sunt electiones. Quid hoc ad rem? Vnde Glossa verb. Ordinis, ait circa administrationes proprii Ordinis hic nihil noui iuris statui. Caput autem Singula id probat, quod dicebamus, de Beneficijs quidem Monasterijs annexis P. Suarium locutum, sic enim ibi: Prohibemus insuper, ne Prioratus, vel Ecclesiae, aut administrationes, seu officia vnius Monasterij consueua per eiusdem Monachos gubernari, committantur deinceps absque auctoritate Sedis eiusdem alterius Monasterij Monachis gubernanda, &c.

Cap. Quorundam de Electione in 6. quid determinet.

Quid Cap. Singula de Praebendis, ibid.

38 Quidquid de hoc sit id, quod praefati affirmant, negat P. Thomas Sancius in Opere Morali, Lib. 6. Cap. 2. numer. 50. id probans, quia est praeter Religionum institutum, & res periculis plena. Et licet Pius V. id concesserit, ex eo probatur licitum esse tali fungi ministerio, non autem Religiosos posse ad illud obligari. Addit autem num. 51. posse Religiosum cogi ad suscipiendum Beneficium consuetum regi per Religiosos Monasterij, quia talis gubernatio pertinet ad Monasterium, & ita ab eius Praelato posse tale onus imponi. Videtur autem hoc ad Indorum Parochias referendum, quando iuncta sunt Monasterijs, & Religiosi conuentualiter viuunt, & non soli, quia de Parochijs Indorum agens ad ea se refert, quae dicenda ab ipso numer. seq. & illum sequitur P. Palaus Tomo 3. Tractat. 16. Disputat. 4. Puncto 5. numer. 3. quoad Parochias Indorum; addit tamen sic: Quod si Beneficium Regulari sit vni Ordinis, ad illud subeundum compelli à tuo Praelato potest. Cum enim à Religiosis illius administrari debeat, necessum erat vt Praelatus, apud quem est Ordinis administratio, potestatem haberet compellendi ad illius Beneficij administrationem. Sic ille. Cuius ratio videtur ad Parochias Indorum aduocanda, licet ille pro ipsi ex eo arguat, quia Beneficia saecularia sunt: Pontificia enim concessio non mutat Beneficij saecularis naturam, & consequenter non praestat vt ad illud subeundum obligare Praelatus possit. Sed id non videtur satisfacere: quia semel suscepta administratione talium Beneficiorum, cum à Religiosis administrari debeant, necessarium est vt Praelatus, apud quem est Ordinis administratio, potestatem habeat compellendi ad talem administrationem: vnde parum interest, quod Regulari ex natura sua, aut saeculare sit, quia idem onus circa administrationem incumbit. Aut ergo ratio citati Doctoris pro Beneficijs Regularibus eneruis est, aut saecularibus etiam debet applicari.

Sententia negans, & ratio pro illa. P. Sancius.

P. Palaus.

Affertio 1. affirmans quando à Pontifice indicitur Religiosis administratio.

39 Dico primo. Si Religiones aliqua Pontifice compellantur Indorum Parochias administrare, poterunt Praelati eos, quos idoneos iudicauerint, ad curam talem constringere. Sic colligitur ex Auctoribus generaliter affirmantibus, & constat ex nuper adducta ratione: quia cum administrare teneantur, ad talem administrationem necessaria est potestas compulsiua, alias stare non posset administratio.

Affertio 2. id statuet, vnde cumque sit ratio est eadem.

Dico secundò. Idem erit, si aliunde necessitas oriat, vt quia Rex vrget, cuius nequit sine grauius inconuenientibus voluntati contrari. Ratio est eadem.

Affertio 3. negans, si voluntaria sit assumptio in Regione, & soli sint Parochi sustinendi.

Dico tertio. Si Religiones omnino voluntarie curam praedictam assumant, nequeunt Praelati Religiosos ad illam compellere pro iis locis, in quibus conuentualiter non viuunt. Id constat: quia tunc non vrget necessitas. Et praeterea ex communi doctrina scriptorum, iuxta quam Religiosi non possunt compelli ad ea, quae sunt supra aut praeter regulam, & proprium institutum: de qua P. Suarius Lib. 10. citat. cap. 8. P. Sancius Cap. illo 2. praesertim n. 15. P. Palaus Diss. 4. cit. Puncto 4. & alij apud ipsos, quibus addendus Bassæus verb. Religio 4. n. 9. P. Bufembaeus in Medulla Theologiae Moralis, Lib. 4. Cap. 1. §. 1. Non tenentur. Talis autem est occupatio praedicta, etiam

ad

ad ſæculares ſpectet, & plena ſit periculis, iuxta dicta.

**Aſſertio 4.** Dico quartò. Si Conuentus aliquis ſit, in quo Cura prædicta habeatur, poſſunt Prælati Religioſi ſubditos ad illam ſuſcipiendam compellere. Sic citati n. 38. & ratio eſt; quia licet Beneficiũ ex ſe ſæulare ſit, dum tamen Conuentui adnectitur, conditionem fortitur Regularis, cum Eccleſia Regularis ſit, & Regulari modo adminiſtretur, ceſſentque pericula, quæ in ſolitarie agentibus inueniuntur. Si qua autem ſunt ex conditione officij, illa quidem miniſteris etiam ſunt adnexa, quæ maximè propria Ordinum Mendicantium ſunt, cum debeant eſſe Ordinariorum Præſidium adiutores. Huius tamen oppoſitum non eſt improbabile, ſi Cura in tali Conuentu omnino voluntariè ſuſcipiatur: neque inconueniens erit vllum, ſi nullus, qui talem Curam vellet aſſumere, reperiat; poterit enim tale Beneficiũ dimitti, cuius dimiſſio liberè ab Ordinariis admitte- tur, cum nihil magis exoptent, quàm vt Religio- ſi, quæ ſua ſunt tractent, & ſæcularibus Sacerdo- tibus, quæ ſæcularia ſunt Beneficia, tractanda derelinquant. Si tamen ad bonum Conuentus conſeruatũ Beneficiũ valde conferat, non debet adminiſtratio voluntaria omnino cenſeri, vnde alia militat ratio, de quâ dictum.

**Oppoſitum probabile.**

**Notanda limitatio.**

**Aſſertio 5.** Dico quintò. Religioſi Societatis Ieſv compelli poſſunt ad Parochialem curam Indo- rum quomodocumque illa à Superioribus ſuſci- piatur. Probatur ex ampliffimâ obedientiæ ma- teria, quam eius inſtitutum amplectitur. In Con- ſtitutionibus enim Parte 3. Cap. 1. §. 23. & Parte 6. Cap. 1. §. 1. dicitur obediendum eſſe in omni- bus, in quibus manifeſtum peccatum non cerna- tur: vnde obligationem obediendi in Societate latiùs patere, quàm in aliis Ordinibus affirmat P. Leſſius Lib. 2. Cap. 41. numer. 75. §. Alterum eſt: ſicut & in Ordine Minorum, quia in illius Regu- læ Cap. 1. dicitur obediendam in omnibus, quæ non ſunt contra Regulam, vel animam: contra animam enim ſolum peccatum eſt. Pro quo & Illuſtriſſimus Caramuel in Theologiâ Morali numer. 1392. ita ſcribit: Vnde Patres Ieſuitæ, quia promit- tunt obedientiam in omni materia, quæ non ſit euiden- ter mala, poſto Superioris præcepto, reuoluntur iuxta minus probabilem ſententiam operari, aut etiam aſſi- ones probabiliter malas elicere. Sic ille. Licet autem circa hoc limitationem aliquam eſſe admittendam doceant P. Suarez Tomo 4. de Religione, Tra- ctat. 10. Lib. 4. Cap. 12. numer. 10. & ſeqq. P. Sancius ſuprà, numer. 16. & P. Palaus Cap. 4. numer. 7. §. Reli- gioſi verò. Ea tamen in iſtantum locum habere poteſt, quæ conformia Inſtituto non ſunt, qua- tenus conducere non poſſunt ad ſpirituale bo- num proximorum, quorum ſaluti debet illa va- care: ſi autem ipſa aliquid ad prædictum finem expedire iudicauerit, non debet à materiâ obe- dientiæ, quam proficitur, excludi. Atqui aſſump- tio Parochialis curæ Indorum poteſt conueni- ens ad ſpiritualem illorum profectum iudicari: ergo & obligari ad illam poterunt tale Inſtitutum proficentis.

**Illius obe- dientiam quam late patet.**

**Caramuel.**

**Neque li- mitatione, quam Do- ctiores adhi- bent, ob- ſtare.**

**Ex loco Conſtitutio- num robur additur probationi.**

**42** Quod quidem roborari poteſt ex eo, quòd Parte 9. Conſtitutionum, Cap. 3. §. 20. de Ge- nerali loquens D. IGNATIUS his verbis decer- nit: Generatim loquendo in rebus omnibus, quæ

ad propoſitum Societati finem perfectionis, & auxi- lium proximorum ad Gloriam Dei faciunt, omni- bus præcipere in obedientia virtute poſſit. Sic ibi. Quis autem non videat ad auxilium proximo- rum conducere curam prædictam poſſe, idque ad Dei Gloriam, cum Gloria eius ex homi- num ſalute ſingulariter propagetur? & multò illud potiùs, quàm ex cælorum magnitudine, or- natu, ſplendore, de quibus Vates lummuſ: Cali enarrant Gloriam Dei. Pſalm. 18. v. 1. Poteſt item roborari ampliùs ex eo quòd citato, Cap. 3. §. 9. habetur, dum dicitur in Generali eſſe poteſtatem admitendas quacumque perſonas Societatis ad quælibet loca ad quamvis actionem ex iſs, quibus vi ad proximorum auxilium Societas ſolet, exercendam.

Conſtat autem Societatem Indorum Parochia- lem curam exercere ſolitam, in Iaponiâ, Sinâ, Indiâ Orientali, Braſiliâ, Nouâ-Hiſpaniâ, Para- quariâ, Nouo-Regno Granatenſi, Chilenti, & Peruuiano, atque vbiſcumque ad maiorem proxi- morum vtilitatem iudicat expedire. Licet enim, vt diximus, num. 7. & 8. Societas doctrinas pru- dentiffimè & cauiffimè detrectet; vbi tamen expedire iudicat, tale onus non refugit ſuſtinere: & ita quando tale accidit, id non ſine ſpeciali conuenientia fieri; debet ab eius filiis iudicari. Ex quo fit compelli illos ad curam Parochialem poſſe: neque ſententiâ illâ grauiorem ex ipſâ So- cietate Doctorem ſe tueri poſſe: quandoquidem pro Societate ſpecialis ratio militat iam propoſita & roborata. Quemadmodum ſententia com- munit eſt, Religioſos non poſſe compelli in Indiâ ſe conferat conuerſioni Gentilium vacat- uri, vel ad alios infideles mitti: cum tamen in Societate ſecus accidat, vt citati docent, & etiam Ludouicus Lopez & Emmanuel Rodericus, quos pro eo laudat P. Sancius num. 47.

**Alius pro eodem.**

**Sicut & poſſe ad In- dias mitti, & alia in- fidelium loca.**

CAPVT VII.

Qualiter Religioſi Parochi ad viſitationem ab Ordinariis faciendam teneantur.

**43** Tenentur equidem, quia ſic à Sede eſt Apoſtolicâ conſtitutum, ſic etiam Regiis Schedulis, iuxta poteſta- tem ab eadem Sede conceſſam. Et quidem Pius V. ex cuius magis ſpeciali Indulto Religioſi poſ- ſunt Parochialem curam exercere, dum ſtatuit in Bullâ ſæpiùs allegatâ, vt ſine alicuius licentiâ præ- dictam curam exercerent, nullam de viſitatione faciendâ mentionem: non ideò cenſendus eſt il- lam penitus excluſiſſe, quia, vt ſæpiùs dictum eſt, iuxta vulgatum Iuris axiomâ, à ſeparatis non fit illatio; & ſtat optimè Parochialem curam in- dependentem à quocumque Ordinario aſſumi & dimitti cum Ordinarij iure circa inſpectionem adminiſtrationis: & ita vbi huius iuri expreſſè derogatum non eſt, debet penitus recognoſci. Poteſtati enim Ordinariorum non detrahitur, niſi inquam eſt expreſſum. Vt ex Cap. Auditis, & Cap. Cum olim, probat Ioannes Andreas in Cap. 1. de Priuilegijs, in Sexto. §. Quantum ad iſſa. Pro quo eſt & Cap. Paſtoralis, de Priuilegijs, vbi

**Teneri il- los, & obli- gationis fundamen- ta.**

**Iuri Ordi- nariorum non derogat- ur, niſi per expreſſa.**

Innocen-

**Cap. Pa- ſtoralis, de Priuile- gijs.**

**Pij V. De- claratio.**

**Aſſertio 1. affirmans, quod Cura Parochialem.**

**Quæ ad illam ſpectant explicantur ex reſcripto Regio.**

Innocentius Tertius declarat Religioſos, quibus à Papa conceſſum eſt, vt Eccleſias ei ſubiectas poſſint in proprijs vſus conuertere, non aucto- ritate propriâ, ſed à Diœceſano loci poſſeſſio- nem illarum accipere debere, niſi in priuilegio aliud exprimat: vbi ſic concluditur: Quia per indulgentiam huiusmodi Episcopali iuri non credimus derogari. Habent autem Episcopii ius fundatum circa viſitationem Religioſorum in his, quæ cu- ram Parochialem concernunt, non ſolum per Concilium Tridentinum, ſeſſione 25. Cap. de Regularibus, vbi id expreſſè decidit, quæ de- ciſio anterior fuit comparatione Conceſſionis Pij Quinti: ſed etiam per iuris communis diſpoſi- tionem in Cap. Cum Capellas de Priuilegijs: quod bene expendit Dom. Solorzanus Cap. 17. n. 48. & 49. & quod è re præſenti maximè videtur eſ- ſe Pius Quintus præfati priuilegij auctor ita lucu- lenter declarauit, vt videri poteſt in Collecaneis Declarationum Barboſæ circa citatum Caput Tridentini. Voluit tamen (verba illius ſunt) vt in omnibus Eccleſiis Parochialibus, in quibus Cura ani- marum, etiam laicorum exercetur, habeant Ordinarij facultatem eas Eccleſias & perſonas in iſdem Curam exercentes, viſitandi, & corrigendi, in his dumtaxat quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum admini- ſtrationem ſpectant, ita vt ab hoc Decreto nullus videatur exemptus. Sic ille ex Religioſo Pontifex, & Religioſorum ſingularis Patronus: non de- beant illi de hoc onere querelis interminabilibus proclamare. Pro quo & Regiæ Scedulæ ex- tant, moderationem dictam, poſt varias circa il- lud altercationes & controuerſias, exprimentes de quibus agit Mag. Grijalua in hiſtoria Auguſti- niæ Noua-Hiſpaniæ ad finem Aetatis 3. & per plu- ra Capita Aetatis 4. Dom. Solorzanus Cap. 16. num. 77. & ſeqq. Cap. 17. num. 46. & ſeqq. & in Politica Lib. 4. Cap. 16. & 17. & Dom. Felicia- nus à Vega in Cap. Ceterum de Iudicijs, num. 36. Pro quibus

**44** Dico primò. Episcopi viſitare Religio- ſos poſſunt quoad ea, quæ officium Parochiale concernunt. Conſtat ex dictis. Quæ autem ſunt illa, declaratur in Regio Reſcripto die 22. Iunii 1624. quod per iterata alia iuſſum ad vnguem obſeruari, vt videri poteſt apud Dom. Solorza- num citatis locis, ibi, En lo tocante à la adminiſtracion de Curas, y no en mas, viſitando las Igleſias, Sacra- mento, Chriſma, Coſtradias, limoſnas de ellas, y todo lo que tocara à la mera adminiſtracion de los Santos Sa- cramentos, y miniſterio de Curas &c. Quæ quidem meritò expreſſa ſunt, qui ad Parochialem curam manifeſtè ſpectant. Nominè autem Chriſmatis, Baptiſmalis fons etiam intelligitur, qui in ali- quibus Schedulis expreſſus habetur, eò quòd ad ſolemne illius adminiſtrationem adhibendum ſit, & fons ipſe ſacro ſit Chriſmate conſecratus: vnde & pariter accipiendum venit Oleum ſacrum pro Sacramento Extremai vnctionis, quod eum Chriſmate ſolet aſſeruari. Eccleſiæ item nomi- ne venit ſacriſtia, & ornamenta ſacra; circa quæ Episcopi ſpecialem debent ſolicitudinem adhi- bere, ſicut & circa Calices, Corporalia, & Miſ- ſale: in his enim omnibus magnæ ſolent indig- nitates admifeeri. Libri item Baptiſmi, Matrимо- niorum, ac defunctorum: Eleemolynæ pro Ec- cleſiis data: neque enim ad illas, quæ ex Con-

Theſauri Indici Tom. II.

fraternitatibus colliguntur, arcanda eſt viſitatio, licet illæ ſolæ fuerint in citata Scheda designa- tæ. Deinde circa modum agendi Religioſi Pa- rochi inquirendum in iis, quæ ad ipſum vt talem pertinent, de quibus dictum eſt Titulo præcedenti. Et pro quibus legi ſolet Edictum ad hanc regu- lam conformandum. Quibus addo ad Parochi Indici officium etiam pertinere, vt Indos faciat de ſuis priuilegijs certiores. Pro quo Ferdinan- dus Zurita in Enchiridio Indico Quaſt. 16. Et obli- gationem hanc ſub mortali vrgere ſatis comper- tum apparet, quia res eſt magni momenti, & Pontificijs gratis Parochorum incuriâ germina iſta nouella fraudantur. Obſeruat autem citatus Auctor priuilegia poſſe conſuetudine abrogari, & quando tale accidit, obligationem ceſſare, cu- jus erit iudicium, ſi violatores legis puniantur. Sed circa hoc cautè procedendum eſt, quia Indi numquam voluntatem etiam tacitam habent ſuis priuilegijs renuntiandi, & deſuetudo ex defectu poteſt notitiæ contingere, neque aliquid de Pon- tificia eſt præſumendum voluntate. Videantur dicta Tit. 12. num. 426. Hoc ergo videant, & diſponant viſitantes.

**45** Dico ſecundò. Viſitatio prædicta circa mores & vitam Religioſorum non debet exten- di. Sic conſtat ex dictis, & ſatis innuitur in præ- dicta Scheda verbis illis: En lo tocante à la admini- ſtracion de Curas, y no en mas. Sed eò non con- tenti Regij Conſiliarij Indiarum Regio nomine ſic pergunt: Que en los exceſos personales de las co- ſumbres y vidas de los Religioſos Doctrineros, no que dacen ſugetos à los Arzobispos, & Obispos, para que los caſtigalen por las viſtras, aunque fueſe à título de Cu- rras: ſino que en caſo que ſe tubieſe noticia de exceſo, ſin eſcribir, ni hacer proceſos niſi ſen ſecretamente à ſus Prelados Regulares para que lo remedieſen, y que ſino lo hicieſen, los Arzobispos y Obispos pudieſen uſar de la facultad, que les da el Santo Concilio Tridentino, de la manera, y en los caſos, que lo pueden hacer con los Regioſos no Curas. Y que en eſte acudan al Virrey, que los ha de nombrar, y poder remouer, à repreſentarle las cauſas para que lo haga, como ſe ha hecho, y hace en el Peru. Hæc Rex. Circa quæ obſeruandum eſt aliqua eſſe Religioſorum poſſe crimina Parochorum, quæ videntur ſimul perſonalia, & ad officium pertinentia. Vt v. g. ſi Religioſus ſit lud- do aleatorio deditus, quia illi immerſus eſt, cum ad ea, quæ ſunt officio propria, vocatur, non accurrit, vnde & grauiâ detrimenta ſubſequun- tur. In hoc ergo cum teſtium depoſitiones ex- cipiuntur, ita procedendum eſt, vt tantum ſcri- barur Religioſum ad ea, quæ officij ſunt, admini- ſtranda vocatum non accurrere, & in tali ac- tali occasione id accidiffe. Quod verò ad ludum ſpectat, quia perſonalis defectus eſt, non pro- ceſſandum, ſed ad Regularem Prælaturam deferen- dum, vt remedium apponat, iuxta Scheda re- norem. Quòd ſi ita inter ſe connexa ſint ea, quæ ad officium, & quæ ad perſonam ſpectant, vt ſecerni non poſſint, reſpectus officij debet præ- ualere, quia maioris momenti eſt, cum damnum importet publicum, & aliud ſit tantum perſona- le. Vt ſi poteſtate officij ad aliqua perpetranda vteretur, ad quæ perſonalis reſpectus minimè ſufficeret. Itaque illa perſonalia cenſenda ſunt, quæ cum officio nullam habent connexionem

**Specialis aditio circa ex- plicanda Indos ſua priuilegia.**

**Aſſertio 2. Ad mores non exten- den. am.**

**Regia Scheda modum procedendi disponens.**

**Notandum circa crimi- nalia per- ſonalia, & ad officium ſpectantia.**

Y Y ſecundum